



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm,  
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

4. Affabilem se præbere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](#)

vissima ait author. Aquitanicæ hist. Lemouicinos  
devorauit, incendens corpora, & ex ardendo  
devorans, donec omnes Aquitanicæ Episcopi Le-  
monicæ congregati corpus B. Martialis ab imo  
sublatum sepulchro mortalium v. sibus ostende-  
tunt, & mox pestis ipsa cessauit.

## SIGNVM IV.

*Affabilem se præbere.*

1. **Q**uid res ab Apostolo Paulo gestæ & in  
Apostolorū historia à B. Luca descriptæ  
alioq; spirant quam admirādam mansuetudinem  
& comitatem? Quod totæ eius Epistolæ declarat *Rom. 16. v.*  
nisi incredibilem sermonum morumque affabili-  
tatem & suavitatem? id liquido appetet ex saluta-  
tionibus officij plenis ad calcem epistolarū adscri-  
pius, tū ex rogandi hortādiq; formulis, deniq; ex  
generali descriptione morū suorū. *I. Cor. 9. v. 19.*

2. S. Ambr. 2. de off. c. 7. Quantas, inquit, Moyes Moyes va-  
ses à populo Dei illatas absorbebat contumelias, catur facer  
& cū Dñs in insolentes vindicare vellet, se tamen  
populo offerebat freq̄nter, ut indignationi di-  
uinæ plebē subduceret. Quā m̄ti sermone post in-  
iurias appellabat populū, solabatur in laborib. de-  
linibat oraculis, fouebat operibus? Et cū Deo cō-  
stater loqueretur, homines tñ humili & grata ap-  
pellatione affati solebat. veriss. est n. illud Syraci-  
dis c. 6. v. 5. *Verbum dulce multiplicat amicos & miti-  
gat inimicos &c.*

3. S. Greg. Naz. in laudatione magni Athana-  
si hoc præter cætera commemorat tāquā m̄ mag-  
num quod esset vita sublimis, animo humili, Affab. con-  
ciliat fib.  
hominum  
benevolen-  
tiam.

atque

## 60 S I G N V M IV.

atque ea quidem virtutis excellentia ut nemo ad eam aspirare posset, sed simul ea comitate ut eius congressus & colloquium esset omnibus expositum, essetque sermone iucundus iucundior moribus, neque in eo vel mollities dissolute, nec seueritas factuosa & importuna appareret.

*De S. An.  
tonij affabi  
lit. eiusque  
præmio V.  
Triumphū  
virtutum.*

Certe Clerici boni blandi sunt & faciles, eorum animi & aures omnibus patent, & aditus præbent facilim̄os, inferiores non aspernantur, sed potius omnem humanitatem præstant omnibus, nec irascuntur intempestiue accedentibus, aut inepta roganib⁹. Odiosa enim morositas est leuioris animi, & qui nec alias ferre, nec le ipsum vincere potest. Si benignitas & comitas honoratis duntaxat hominibus exhibeatur nihil omnino præclarum habet. Quis enim id non faciat nam nec aliter licet; illud vero ex virtutis officio est cum affabilitas etiam in homines multo inferiores atque etiam intenues exercetur.

## S I G N V M V.

*Ab Ambitione seu honorum cupiditate a-  
lienissimum esse & omnes dignitates  
respuere.*

*Phil.2.v.6 1.*

**C**hristus magnus ille pastor ouium (ad Heb.13.v.20. atque adeo princeps pastorum (1.Pet.5.v.4) semetipsum extinxit formam serui accipiens, deinde ut seruus per annos 30. & fabri filius intra maternos parietes latuit, inde in

publi-